deniq, cum scriberent, ingenium et manum. Dilucidè haec ostendunt Pöëseos honestatem, utpotè quam efficisci philo ab ipso DEO, q Pöëtis istiusmodi indit Spiritum, cujs instinctu in omnem rem ingeniorum suorum acumine penetra valeant, quàm difficilis et illa sit, quàm ardua, quàm abstrusa. Ad haec si altiori in hâc re perpendenda estimati indagine, sanè et illud haut parum ad illustrandam magis Pöëseos honestatem facit, qd mortalibus ad depraedicandas DEI laudes monstrata est. Hinc hodienum in orthodoxâ Ecclesiâ pleraq cantiones cum latinae tum Germanicae, in laudem DEI q concinuntur à piis, metri legibus adstrictae videntur atq audiuntur. Ne dicam de Ecclesia primigenia, quâ qd divinum in honorem carmina publicitùs decantari fuerint solita, tam certum est, quàm qd certissimum. Exemplo luculentissimo esse nobis potest magnus ille Hebraeorum Imperator atq Legislator, Moses, q jam olim, quum Aegypto populum Ebraeum in patriam duceret, atq divino consilio mare rubrum undis sponte cedentibus, transg fuisset, hexametro DEO carmine gratias egisse legitur. Ad honestatem Pöëseos insuper et illud facit, qd indefessos cultores non celebres modò, sed et immortales reddat. Hoc, qd dico, ut fiat planius, exemplis illustrabo et paulò tiùs exaggerabo, ne grande rei pöëticae pondus Orationis celeritate fortè rapiatur. Quid? Nonné Imperatores olim Romani Pöëtas perpetuos habuerunt comites? Nonné illi, et cum illis alii, Pöëtas coronarunt laureâ? Quae Poe philo unde et Pieria laurea; Parnassia, q Virgilio; Apollinaris, quae Horatio imposita perhibetur, ap. eruditioris veris Magistros satis superq nota. Quaero nunc ex te, Maro, quibus tu tandem gradibus pergisti ad summum perennantis fastigium? Quid causae fuit, cur ipse Populus Romanus assurrexerit, et te quasi Augustum ipsum in theatro venerari nullus dubitaverit? Itané est, qd versus tui longè elaboratissimi, et Veneribus vix dicendis tissimi tantam tibi ap. magnos illos Romuli nepotes conciliarint autoritatem? Est ita omninò. Quid? an tu quoq, Terenti, propter tuos non nisi papavere sparsos, non nisi sesamo mixtos versus in curru triumphali plausu totius populi comitante, conspectus es pileatus? Sed quò te admirationis humanae terminum, te puto, re, praetermisso piaculo? Da mihi; da, quaeso, hanc veniam, ut illustrissimo tuo comprobare exemplo liceat divinioris ingenii Vates maximo in pretio olim fuisse habiti. Haud sanè sufficiebat, qd magnus ille Macedo Iliadem secum semper habebat, tanq. militiae suae viaticum, qd hanc vigilans nunq. nisi gravissimis urgentibus causis, de manu ponebat, dormiens nunq. deserebat, sed sub pulvinar repositam sollicitè, haud aliter, quàm viduam vitae sociam asservabat: qd eam deniq dignam judicabat, q in pretiosissimam arculam, ex Darii Reg thesauris acceptam, reconderetur. Haut sufficiebat, qd unus ille post hominum memoriam clarissimus ac forti mus Heros Alexander, in Sigaeo ad tumulum Achillis assistens fortunatum praedicabat eum, qd te tandem r praeconem habere meruerit. Hoc, Hoc, inquam; ad nominis tui gloriam amplificandam, ac dignitatem extollendam haud sufficiebat, contende (et quidem non sine famae tuae immortalitate) de tuâ patriâ septem plissimas oportebat urbes, ~~Smyrna~~ ~~fuit~~ Rhodus, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenae, quarum singul pro suo Cive haberi volebant, propter incomparabilem tuam doctrinam, scribendorumq Versuum peritiam, et palma omnium ab omni aevo ingeniorum jure meritissimo tibi à Plinio fuit adjudicata. Possem heic amplius re, et monumentorum imprimis magnificorum, templorum item, delubrorum, sepulchrorum à venerandâ Antiquitate in Pöëtarum memoriam et aeviternum honorem passim exstructorum, mentionem injicere possem; sed ipsa temporis admonet me, ut missis Pöëtis Veteribus, jam etiam ad Recentiores progrediar. Ex multis verò, quos in summ noris famaeq immortalis orchestra collocavit divinissima ars, Pöësis, vel unius loco omnium sit Taubmann Wittebergense illud inter dulciloquos Musarum Sacerdotes miraculum. Quid? Nonné intimiori in amore et lau in honore Aula Saxonica illum habuit? Habuit utiq propter venustissimos ac dulcissimos Carminum los, quos Luscinia instar decantabat: undè et adhuc hodiè in ore omnium natat, et laudis gloriâ, quan mortuus, coruscat, imò coruscabit, donec Soli coruscare erit licitum. Tandem ut Pöëseos honestatem quamur, hoc porrò ad illam accedit, qd studium scribendi Carminis liberalissimorum ingeniorum exercitium et ad omnia studiorum genera deprehendantur apti, q ad rationem scribendorum versuum sunt idonei. Etenim ex universâ literatorum omnium familiâ, quem fugiat, q, qualis, ac quantus Homerus, etiamsi Pöëta esset, bus Physicis, Ethicis, Politicis, in arte item Oratoria, Medicâ ac Bellicâ fuerit; qui, qualis, ac quant nigissimus ille Pöëta Cotta in Juridicis, qui et indè

Numen Pieridum praesidiumq fori

audiebat? Ut adeò inconcussae veritatis numen maneat assertum, qd illi, q ad rationem scribendorum Versu sunt apti, nec ad reliqua studiorum Genera inidonei sint putandi. Quâ de causâ, ut ego quidem Graeci Patres ab ipso studiorum primordio liberos in arte Pöëticâ informari curarunt, ut ita cogn qd sibi de illis in addiscendis ^Artibus ac^ Disciplinis reliquis haberent polliceri. Et rectè quidem: Enimverò, q